



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

150 An ex interuallo rectè fiat permutationis impletio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

tum temporis Episcopo Leodiensi quoque sub-
 erat; quamobrem non ex interuallo alter post
 alterum resignare debuisset sed pariter & vni-
 co actu. Verum quando beneficia permutan-
 tium sunt in diuersis diœcesibus (vti nostris
 temporibus diuersa fuit erecta diœcesis Na-
 murcensis à Leodiensi) quæritur à Doctoribus
 nostris an ex interuallo fieri possit hinc inde
 resignatio? nam cum solius illius Episcopi sit
 vel approbare vel improbare beneficiorum per-
 mutationes in cuius diœcesi beneficia sunt sita,
 necessarium fuerit in quæstione proposita
 plurium Episcoporum impetrare consensum.
 Ac multa quidem ostendit incommoda Ioan-
 nes Andrea ad capit. vnic. de permutat. lib. 6.
 quæ ex huiusmodi temporis interuallo sequi
 possent; qualium incommodorum insigne vi-
 demus exemplum hoc ipso cap. inter Gerardum
 & Laurentium quorum hic illum callidè in-
 duxit ad prius resignandum, ac postea in vicif-
 sim dando metuit simoniam sed in accipien-
 do non metuit. Cæterum quia difficillimam
 foret, vno & eodem temporis momento par-
 tim id est vno loco per sese partim id est alio
 loco per Procuratorem diuersos Episcopos
 adire, incunctanter in hanc ab omnibus itum
 est sententiam vt ex interuallo rectè fiat hinc
 inde resignatio. qua de re breuiter post alios
 antiquiores Rebuffus. d. tit. de permutatione.
 nu. 36. & seq. Quid ergo si duo Pastores diuer-
 sarum diœcesium permutent inter se suos pa-
 storatus? nunquid is cui prius facta fuit Pasto-
 ratus

150

An ex inter-
 uallo rectè
 fiat permis-
 sationis im-
 pletio.

151

Duorum Pa-
 storatum in
 diuersis diœ-
 cesibus sito-
 rum permis-
 satio nõ sine
 perplexitate.